

Occup. Inquit aliquis; At semper reperti sunt, quae  
pro Dijs se venditarunt.

E. hic idem fieri possit.

R. Inventi sunt tales: sed graviter sunt puniti  
quotquot affectarunt illum titulum.  
Protoplasti eheu! gestientes Deo similes es-  
se, una cum posteris sub damnatio-  
nem conclusi sunt.

Herodes arrogans sibi divinum honorem,  
ab Angelo percussus & à vermibus  
erosus impiam efflavit animam. A&t.  
12, 23.

Sic Christum potens Dei dextra percus-  
sisset, si nudus homo fuisset & affe-  
ctasset divinum honorem.

Ast hostes potius divinitatis Christi  
miserrimè perierunt omnes: He-  
rodes Pontius, Caiphas, populus  
Judaicus, Arrius, &c.

Corpus 1. Ut constanter in J.C. credamus, ex ipsius  
jussu Joh. 14, 1.

Ideoq; eum honoremus sicut Patrem  
Joh. 5, 23.

ardentissimisque votis eum invoce-  
mus in tribulationibus. Joel. 2.

2. Ut solum J.C. Mediatorem & Redempto-  
rem nostrum perfectum esse, confir-  
memur.

Quòd enim θεός sit: salutem in hoc  
solo quaerimus & certò speramus.

Extra Deum enim nemo potest corpus &  
animam nostram liberare ab hosti-  
bus, né peccato, morte Satana &c.

R. 5